



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De solitudine circa exteriora Cap. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

**M**ARTHA Martha sollicita es & Luc. 10.  
 turbaris erga plurima, porro vnum Damna que  
 est necessarium. Heu quantum impedi- secum ferunt  
 mentum obijciunt animæ, ne dile- sollicitudi-  
 cto sponso suo IESU Christo vni- nes rerum  
 ri possit, occupationes exteriorum externarum.  
 res? O quam eximiorum bonorum  
 iacturam faciunt, qui exercitijs ma-  
 nualibus, laboribus, alijsque exter-  
 nis operibus tota ferè die distinen-  
 tur & occupantur: ac talia sæpè ag-  
 grediuntur, quæ multo maximam  
 vitæ partem eis auferant, adeoque  
 pretiosissimi temporis irreparabi-  
 lia detrimenta accipiunt. Heu quam  
 seueram in hora exitus sui rationem  
 reddent de profectu quem fa-  
 cere potuerunt, & neglexerunt,  
 eo quod exterioribus exercitijs ni-  
 mio plus dediti & immerfi extitisse-  
 rent: cum interea temporis si se in-  
 ternis exercitijs dedissent, magno-  
 rum sibi meritorum cumulos con-  
 gregassent.

*Notabile  
 dictum F.  
 Aegidij.*

Frater Aegidius S. Francisci Pa-  
 tris nostri socius dicere solebat.  
 Homi-

IN SPECVLVM ANIMAE

Hominem in extremo iudicio red-  
diturum rationem de gratia quam  
recipere neglexit. Et R. P. Ludoui-  
cus Granatensis è familia Predicato-  
rum, insigni pietate & eruditione  
Vir in libro quodam cui titulus est,  
Regula vitæ spiritualis, ait: Religio-  
sum quælibet sub peccato mortali  
obligatū esse ad perfectionē quam  
professus est, pro viribus tendere.  
Quod iam secundo, in hoc opuscu-  
lo repetiuimus, vt à religiosis dili-  
gentius notetur, præsertim cum ea  
quæ necessaria, sæpius inculcanda  
sint.

Quare caueant sibi Religiosi ne-  
gligentes, & otio dediti, & qui pro  
maxima temporis parte in exerci-  
tijs exterioribus occupantur, & ani-  
mum à rebus sensibilibus ad inte-  
riora vix aut nunquam reuocant.

*S. Francis-  
cus voluit  
fratres suos  
labori ma-  
nuum in-  
tendere.*

Seraphicus Pater noster S. Fran-  
ciscus, in regula quidem iubet vt  
fratres laborent, quo alijs bonum  
de se præbeant exemplum, & otium  
malorum omniū sentinam à se pro-  
pellant: sed monet insuper ne tanto  
tempo

temporis spatio, aut tanta cum sollicitudine laboribus intendant, vt spiritum deuotionis & sanctæ orationis extinguant.

Quapropter vt seruus Dei nouerit quando laborare aut alijs externis operibus intendere debeat, hæc sibi habeat regulam. Vt nunquam ad opera extrinseca se det nisi ad sanitatem corporis aut animæ, sibi vel alijs hoc necessarium vel conducibile fuerit; aut nisi id ei per obedientiam ab eo qui præcipere potest, iniungatur; sed si in schola diuini amoris profectû facere cupit, dies noctesque interioribus exercitijs inuigilet, amorosisque suspirijs ad diuini amoris vnionē aspiret. Quod si quis obijciat, non eas esse humane imbecillitatis vires, vt semper internis exercitijs intenta esse queat, orando, meditando & contemplando: eo quod spiritus ex nimio eorum vsu languescat, & corpus & natura tandem simul succumbant: Atque idcirco illos, qui nullam sibi requiem à talibus exercitijs concedunt,

*Regula quã do & quomodo externis operibus incumbendum sit.*

dunt, infirmari, languescere, & toto corpore debilitari, propter nimis violentas anagogias & eleuationes mentis in Deum.

*Affectus ad exteriora exercitia mortificandus.*

Huic respondemus, nos iam ante dixisse propter utilitatē aut necessitatem corporis aut animæ, possibiles aliquando in externis operibus occupari, quibus tamen necessarium est, vt nimiam sollicitudinem & anxietatem animi in talibus exercitijs mortificēt ac rescindant, alioqui macula foedissima se ipsos aspergent, quæ maximis eos damnis afficiet, vehementerq; animam proficere cupientem, impediet.

*Modus eluendi maculam sollicitudinis quoad res exteriores.*

PRIMVS modus est. Regulari paulo ante præscriptam obseruare, & non nisi necessitate vel obedientia cogente, ad similia opera accedere.

SECUNDVS est. In exercitijs internis multo maximam temporis partem

PARS PRIMA. 321

partem consumere, quæ frequenti  
vfu & exercitio, suavitare ac dulce-  
dine sua animam ad altiora stimu-  
lant & alliciunt: ac omnem à corde  
solicitudinem, & angorem circa ex-  
terna facile tollunt.

TERTIVS est. Quando ex ne- *quid facien-*  
cessitate aut obedientia exteriori- *dam in ex-*  
qus operibus inuigilandum est: ali- *ercitijs ex-*  
quid pium sibi meditandum aut *terioribus.*  
contemplandum proponere, vt sic  
mens in suauiori & iucundiori ex-  
ercitio occupata, odium & fastidiũ  
omnium rerum externarum, tan-  
quam sibi perniciosarum, & profe-  
ctui suo maximoperè aduersanti-  
um, concipiat.

De Otio.

Macula XVI.

CAPVT XVII.

**Q**UID hic statis tota die otiosi? Ite &  
vos in vineam meam. Otiũ quan- *Matth. 20.*  
doquidem contrarium est ei vitio, *Otiũ quan-*  
de quo proximo capite egimus, *fit pernitio-*  
longè illo perniciosius & damna- *sum.*  
bilis est: cum exteriora exercitia,

F si ho-